



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput XX. De matrona Coloniensi ab immani dentium dolore liberata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A** Christianum fuisse Bonnensem, cuius Cæsarius meminit *lib. 11. c. 64.* Non tamen cuius *lib. 6. c. 3. & ca. 21.* mentionem facit, quem ibidem tradit Bonnensem fuisse Decanum & in anno probationis mortuum.

### Caput Decimum nonum.

*De Alardo Heisterbacensi monacho curato.*

**B** **A**LIVS iuuenis monachus, tribus mensibus paralyti in brachijs di- Item alius.  
te vexatus, ubi ex alio iuvene iam dicto percepit, quam facile cu- Castigatur  
ratus esset à nostri temporis martyre, vouit se illi quotidianas oblatu- Castigatur  
rum preces, moxque sanatus est. Sed deinde preces illas negligens, pri- voti viola-  
stino dolore cruciatur. Resipiscit verò, omnia repetit, & redit incolu- tor.  
mitas.

### Notatio ad Caput Decimum nonum.

**C** **E**T hic Heisterbaci iuxta manuscriptos codices monasti- Alardus  
cen professus erat. Nomen ei Alardus, ante professio- Heisterba-  
nem Canonicus in Aldensele fuerat, ut Cæsarius scribit *lib. 6. c. 3.* centis.  
*octani dialogorum capite postremo, vide eundem librum 10. dialog. cap. 55. & 72.* Alius verò ab illo fuit B. Alardus, quem pie defun-  
ctum describit Cæsarius *lib. dial. 11. cap. 19.* Nam hic abiecto sa-  
go militari vitam amplexus in Lucka religiosam.

### D Caput XX.

*De matrona Coloniensi ab immuni dentium dolore liberata.*

**M** **A**TRONA Coloniensis, diues sanè, dolore dentium grauissimè  
cruciabatur. Dentem vnum, qui erat totius mali origo, curat ex- Immanis  
trahendum: sed radice relicta, atrociori dolore afficitur, ita ut furere dolor den-  
videretur. Adit martyris ENGELBERTI monumentum, offert illic man- tium sopi-  
dibulam ceream, domumque abiens, in ipso itinere se sentit incolu- tur.  
tur.

Ec 3

mem.



mem. Quisnam ergò pontificis nostri sanctitatem in dubium reuocet, quem tot commendant præclara miracula? A

### Notatio ad Caput Vigefimum.

Nobilis  
fœmina à  
gravi infir-  
mitate cu-  
rata.

B. Rich-  
mondis  
Walber-  
genfis.

**M**atrona hæc Richmodis nomen habuit, quod Romanæ nobilitatis fœminis apud Colonienfes, vt è vetuftis documentis patet, familiare fuit. Erat Richmodi foror Elifabetha, quam à graui infirmitate liberatam Surius tacito pede tranfiuit. Sic autem inquit manufcrip. *Cuius (Richmodis) foror Elifabeth nomine ficut ipfa mihi naper retulit Colonia, à quadam grauiſſima & occulta infirmitate, per ipſum etiam liberata. Quis ergo Pontificem Noſtrum dubitet Sanctum, quem tot commendant inſignia miraculorum? Quod à Deo non eſt, diuſtare non poteſt.* NB. Non hæc fuit Virgo Richmundis, de qua Cæſar. *in dial. lib. 9. c. 33. 34. & lib. 8. cap. 7.* perhibet virtutibus eam fuiſſe cumulatâ, ac vitæ floruiſſe ſanctimoniâ, quamque Henriquetz in menologio X. Kal. Nouemb. Beatarum mentium numero C accenſet. Hæc enim ante S. ENGELBERTI necem fatiſ conſeſſit, virgoque celebratur in Walpurgēſi monaſterio, quod nunc à Societate IESV tenetur, ſepulta; non verò Matrôna audit.

### Caput Vigefimum primum.

*De muta in loco martyrij S. Engelberti curata.*

Muta lo-  
quitur.

**I**N pago quodam diœceſis Colonienſis puella erat ſex annorum, ab ipſo ortu muta. Ea cum oblationibus primùm ducta eſt ad ſepulchrum martyris: ſed cum non curaretur, perducta eſt ad eum locum vbi occiſus eſt. Vbi cœpit rectè & expedite loqui, quæ nunquam antea locuta fuerat, cum cœtis non immeritò admirantibus. D

### Notatio ad Caput Vigefimum primum.

Flatten.

**P**vellam hanc ex villa Flattenè Diœceſis Colonienſis, oriundam refert manuſcript. Qui & ad finem capitiſ teſtes